

pro corpore vestro, quid induamini: Nonne vita plus est, quam cibus?

Arias. Ne anxietati. Syriacus in Luca. Quandoquidem anima prestantior est cibo, & corpus indumento.

ALTER TEXTUS.

Lucæ 11. n. 22. Dixit ad discipulos suos. Ideo dico vobis, nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori, quid induamini. Anima plus quam esca, & corpus plus quam indumentum.

EXPOSITIO.

RECTE D. Chryostomus homil. 22. hanc sententiam connectit cum superioribus: Non potestis servire Deo & Mammona; & inde infert: Ideo dico vobis, ne solliciti sitis. Ac si aperte dicat. Nimia sollicitudo de temporalibus, de vestitu, & cibo, ad mammonam pertinet, qui ergo Deo se dedicare optat, ab ea se abstinere debet, ut Deo servire valeat. Nam, ut bene ait D. Paschasius lib. 4. in Matth. Sollicitum esse pro temporalibus, servire est; & ideo, ne seruis sitis pecuniarum, prohibeo sollicitudinem gerere cibi, aut vestimentorum. Et ita docet Dominus, ut sui liberi sint à servitute, ac cura divitiarum, ut solis sint celestibus rebus dedicati.

Abulens. Ne solliciti sitis. Damnat Dominus immodicam temporalium sollicitudinem, ut notat Abulensis, & clarius dicam quæst. sequenti. Anima vestra, id est, pro anima vestra; quid manducetis; non quod anima indigeat cibo, sed ut ait Chryostomus citata homil. 22. Euthymius. Theophylactus, quod anima in corpore sine cibo non valet permanere. Secus, ut ait D. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, c. 15. D. Thomas, Hugo, & Cajetanus, anima more Hebraico ponitur pro vita; & ut etiam legit Vatablus. Tamen graves Recentiores, ut Barradas, tenent, quod accipitur pro ipsa anima, & non pro vita. Fundantur, quia verbis subsequentibus sic accipitur: Nonne anima plus est, quam esca. Et duas Dominus commemorat hominis partes, animam, & corpus, quarum fecerat mentionem. Et tunc ait Chryostomus citatus, non quia anima indigeat cibo, sed juxta communem hoc est morem locutus. Et hoc sane prudentis est magistri. Deinde. Anima præest corpori, ipsumque gubernat; optime ergo indigentia corporis de anima dicitur, nam inferioris egestas, sit & superioris necessitas.

Quid manducetis. In aliquibus codicibus, verbi gratia, in Syriaco, ut notat Hieronymus, additum est: Neque quid bibatis. Sed Interpretes ex radice Græca in nostra vulgata illud non appo-

32. Chryost. Comm. o verborum.

Paschas.

Sollicitudo divitiarum servitus est.

33. Abulens.

Chryost. Euthym. Theop. yl. August. D. Thom. Hugo. Cajetan. Vatablus. Barradas.

Chryost.

Egestas inferioris necessitas superioris.

34. Syriac. Hieron.

suit. Et propter duo non exprimitur potus. Primo, ut ait Albertus Magnus. Quia potus sub nomine cibi intelligitur, & ad ipsam escam, ejusque dispositionem, ac coctionem ordinatur. Secundo, ut ait Abulensis, sollicitudo datur de eo; quod est difficile haberi: potus facile, & sine labore invenitur; cibus verò sine labore non comparatur.

Nonne anima plus est. Multis argumentis probat Dominus, suos discipulos non debere esse sollicitos de esca, ac vestimento, ut dicam quæst. 8. Nunc primam ponit. Et hæc sententia reddit hunc sensum, ut explicat Chryostomus homil. in Imperfecto. D. Hieronymus, S. Antonius Ulyssiponensis serm. in Dom. 15. post Pentecostem. Anima plus est, seu pretiosior est, quam esca; & corpus plusquam vestimentum: qui ergo sine vestra sollicitudine dedit, quod majus est, scilicet animam, & corpus; dabit etiam, quod minus est, scilicet escam, & vestimentum. Qui enim dedit vobis vitam, dabit necessaria ad illius conservationem. Alienum est à divina benignitate, beneficium elargiri, & in eorum deficere conservatione, quando vult esse, quod fecit, ut ait Chryostomus citatus.

Illud tamen hic est advertendum, quod, quando vis per escam cibus materialis intelligatur, tamen Palatius hoc loco, & Benedictus Fidel. in suo lib. de sacra Eucharistia in Psalm. 22. versu. 2. Theorem. 1. per escam moraliter sacram Eucharistiam interpretantur. Sed tunc urget difficultas, quomodo anima dicatur plusquam illa divinissima esca; nam anima nostra, entitate sua, inter substantias spirituales, in humili gradu reponitur, in sacra Eucharistia est Deus, qui est super omnia entia? Responder Palat. Planè sicut palatius, cui tibi minister noster esse, & inter nos versari, non sicut qui major est, sed sicut qui ministrat: ita placuit hac ratione minor videri, quod cibus noster esset. Summa Dei benignitas, ac misericordia cum nobiscum versaretur in terris, non dedignatus est, se nobis exhibere ministrum; nunc verò residens in celo animarum nostrarum cibus effectus, quodammodo infra nos se denittens ac humilians, nobis vitam, & salutem spirituales, omniaque caelestia dona ministrat. Ipse dixit: Anima plus est quam esca.

QUESTIO VII.

Quare Dominus tam strictè nobis veter sollicitudinem circa escam, & vestitum?

DOMINUS nobis intercludit sollicitudinem circa temporalia, & tamen nobis est agendam de his, quæ sunt necessaria ad vitæ sustentationem. Et hæc de causa Paulus testatur de se, laborasse suis manibus: Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt ministraverunt manus istæ. Actor. 20. n. 34. Et Christus D. Actor 20. Joan. 13. num. 28.

Pro solutione hujus difficultatis advertendum est sollicitudinem distingui à providentia, & cura. Sollicitudo dicitur quandam animi anxietatem, atque angustiam circa eventum alicujus rei, procedentem ex dubitatione, ac incertitudine talis eventus:

Alb. Magn.

Abulens.

35.

Chryost. Hieron. Ant. Ulyss.

Qui dat beneficium, conservare debet.

Chryost.

36.

Palat. Fidel.

Summa Christi benignitas in sacra Eucharistia nostram salutem ministrat.

37. Difficultas questionis.

38.

Quid sit sollicitudo: Quid providentia.

eventus; trahentem, & moventem omnes cogitationes, curas, & sensus, ac vehementis studium circa talem rem, & ita detinet animum, ut non sinat aliis rebus attente vacare. Providentia autem, & cura consilium de futuro absque animi perturbatione, & anxietate.

Non vetat hic nobis Dominus curam, & providentiam circa nostrum alimentum, non enim miraculosam à Domino sustentationem expectare debemus; & ideo omnium Dominus ad usus necessarios in Collegio suo loculos admittit. Et Salomon Proverb. 6. num. 6. ait: Vade ad formicam, & piger, & considera vias ejus; & discite sapientiam. Parat in aestate cibum, & congregat in messe, quod comedat. Illa verba, Considera vias ejus, legunt Septuaginta: Amulare vias ejus. Providentiam autem formicæ imitari, multis nos exhortantur D. Basilii in Hexaëmeron. homil. 9. D. Chryost. serm. de Pentecost. D. Ambros. lib. 6. in Hexaëmeron. cap. 4.

Secundo, Non vetat Dominus laborem procurandi cibum, satisque necessaria ad vitæ sustentationem, ut hanc Domini sententiam voluerunt interpretari Eucharistia, asserentes, semper esse orandum, & nunquam laborandum. Contra hoc scripsit D. August. librum de operibus Moyses. Er facit hæreticorum error refutatur auctoritate Apostoli, in principio questionis citata. Et 2. Thessal. 3. num. 10. Qui non vult operari, non manducet. Et, ut notat D. Hieron. & D. Paschasius hic Adamo dictum est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Unde ait Chryost. homil. 16. in Imperfecto. Dominus loquens ad Adam, non dixit: Cum sollicitudine facies tibi panem; sed cum labore, & sudore facies tua. Ergo non sollicitudine spiritualibus, sed laboribus corporalibus acquirendus est panis: sicut laborantibus, pro premio diligentia, Deo prestame, panis abundat; sic dormientibus, & negligentibus, pro pœna negligentia, Deo faciente, subducitur.

Prohibet ergo Dominus sollicitudinem, quam supra explicavi in hac questione. Et dicit quatuor. Primo animi anxietatem, & perturbationem. Secundo quandam incertitudinem, & dubitationem de eventu. Tertio curam superfluum. Quarto quandam inquietudinem, ad se trahentem omnes cogitationes. Primo vult Dominus, ut in suis non sit animi anxietas, & perturbatio; nam hæc tollit mentem, & non sunt attendere ad ea, quæ necessaria sunt. Matth. 13. n. 22. ait Christus Dominus. Sollicitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficiunt. Anxietas, & perturbatio sæculi suffocant verbum; hoc est, juxta Hieronymum, Rabanum, Paschasium, obruit, & perimit omne verbum bonum, ut illud non valeat homo concipere, nec ad illud attendere; & ita sine fructu efficiunt. Animus enim debet esse quietus, & sedatus, ut magna cogitet, & agat. Vide lib. 1. cap. 5. num. 82.

Secundo excludit Dominus hic à suis dubitationem, & incertitudinem cum diffidentia quadam: vult enim, ut in omnibus operibus nostris fidem, & spem habeamus in ipsum, ut hic notant D. Paschasius lib. 4. in Matth. & S. Marcus exercitor, in disputat. cum quodam caesari. Quod comprobatur ex Paulo ad Philipp. 4. n. 6. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & observatione cum gratiarum actione petitiones vestras Sylveira in Evang. Tom. 11.

39.

Prov. 6.

Septuag.

Basil. Chryost. Ambros.

40.

August.

2. Thess. 3. Hieron. Paschal. Chryost.

Deus non vult, nos esse negligentibus, sed laborantibus.

41. Sollicitudo dicitur quatuor.

Animus perturbatus non attendit ad necessaria.

Hieron. Rabanus. Paschal.

42. Spes nostra in Deo collocanda.

Paschal. Marc. Ad Philip.

innoscant apud Dominum. Hoc est, non sitis in anxietate, ac diffidentia, sed cum multa spe, ut explicat D. Anselmus, S. Thomas, & ita peritio. D. Thomæ rationes vestras innoscant apud Dominum, ita appareant, ut ab ipso agnoscantur, ut explanat ibi Chryostomus. Has preces, ait, agnoscat Chryost. Deus, alias vero ne nosse quidem vult, hujusmodi oratio sine igitur res precamini, quæ agnoscantur. Disponit spe non agnoscat Deus, ut negotiatio, & oratio nostra ita in spe, ac fiducia fiat, ut sine hac spe etiam ab eo nostra non agnoscarur petitio, tanquam si cum eo non esset habitus sermo.

Tertio Sollicitudo dicitur quandam nimiam curam superfluum, quam Dominus hic excludit à suis. Remigius in cap. 4. ad Philipp. ad illa verba proxime citata: Nihil solliciti sitis; ita ait: Sollicitudo est superflua cura, sed iusti non debent superfluum curam assumere de rebus transitorias, sed in Domino omnem spem habere. Juxta quod Psalmista ait. 54. num. 23. Facta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Idem aperit commentum Ecclesiastici 2. num. 6. Peccatori autem dedit Deus afflictionem, & curam superfluum, ut addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo: sed hoc vanitas est, & cassa sollicitudo mentis. Ea semper Domini est intentio, ut à suis superflua ablegentur. Ergo, cum sollicitudo dicat superfluum curam, à suis amputanda est. Et ita illud supra citatum Proverb. 6. num. 6. Vade, piger, ad formicam, discite sapientiam, & c. parat in aestate cibum, & c. rectè ponderat D. Basilii homil. 9. in Hexaëmeron. quod formicæ habet curam, non superfluum, sed convenientem, ut pro tempore proportionato in horrea congreget.

Quarto, Sollicitudo de temporalibus trahit ad se omnes sensus, & cogitationes, quæ ideo detestanda est à nobis, ut docet Joannes Cassianus cogitationes Collat. 23. cap. 5. Nam quamvis nobis sit laborandum, ut ait Paulus ad Thessalon 2. cap. 3. num. 8. Sumus in vos in labore, & in fatigatione, nocte, & die operantes; tamen mens nostra debet esse ab ipsis terrenis rebus separata, & in Deum affixa, ut in ipsum meditemur die, ac nocte, omnesque nostras ad ipsum cogitationes dirigamus. Et ita Petrus 1. cap. 5. num. 7. Omnem sollicitudinem vestram proficientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. In eum igitur sit omnis nostra sollicitudo, & cogitatio.

Obijciat aliquis, Paulus ait Rom. 12. num. 8. Qui præest in sollicitudine. Respondet D. Thomas in Commentario in cap. 4. ad Philipp. ad illa verba: Nihil solliciti sitis, quod sollicitudo quandoquidem importat diligentiam querendi, quod deest, & hoc est commendabile, & opponitur negligentia: & quandoquidem anxietatem animi cum defectu spei, & timore de obtinendo id, circa quod sollicitatur; & hanc rem prohibet Dominus, Matth. 6. & hic Apostolus, quia non debet desperare, quia Dominus det necessaria, sed loco sollicitudinis debemus habere recursum ad Dominum, & hoc fit oratio; & ideo dicit, in omni oratione petitiones vestras. Ubi Angelicus Doctor totam nostram doctrinam tradit; & antea etiam præmiserat, quod mens nostra sit quieta, omnem superfluum amittens sollicitudinem.

43. Superflua amputanda.

Psalm. 54.

Ecclesiast. 2.

Proverb. 6.

Basil.

44. Omn. nostræ cogitationes in Deum.

Cassian. 2. Thess. 3.

Petr. 5.

45. Rom. 12.

QUESTIO VIII.

Explicantur quedam rationes morales, ob quas Dominus sollicitationem suis perhibet?

46. SUPERIORI difficultate rationem litteralem hujus questionis dedi; nunc tres rationes morales appono.

Palatius Et primo, ut ait Palatius, Dominus speciatim cum suis Apostolis, & Prædicatoribus loquitur. Et ita hæc sententiam referens Lucas ait: Dixit ad Discipulos suos. Cum ergo discipuli ab eo essent constituti Prælati, Pastores, ac doctores Ecclesiarum, vult Dominus, ut sollicitam curam de eisdem, ac vestitu deponant. Nam Prælati, ac doctores secularibus negotiis, ac temporalibus curis implicati non debent, ut ita per ea ab officio suo non retardentur: sed nullam penuriam metuentes (nam cælestis Pater specialissimam de eis habet providentiam) recte, & diligenter in suo officio exequendo se gerant; ne se de ipsis Dominus conqueratur. Ezech. 34. num. 8. N. que enim quæserunt pastores meos gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, greges meos non calcebant.

Ezech. 34. Secundum. Discipuli omnia sua pro Domino abiecerunt, ac reliquerunt, & in posterum à se omnium rerum possessionem abdicarunt; & inde maxime videbantur expositi periculo sollicitudini eorum, quæ necessaria erant ad vitam alimentum magis, quam illi, qui res suas non dimiserant: ideo ad eos Dominus hæc sententiam profert, ut quieto stent animo, cum sub cura sint cælestis parentis; nam rerum temporalium pro Domino abjectio, magnum est omnium bonorum incrementum.

47. Tertio. Eleganter Tertullianus lib. 4. in Marcionem. Qui enim nollet curam nos agere anime de vultu, & corporis de vestitu, nisi qui ista homini ante prospexit: & exinde præstans, merito curam eorum tanquam emulam liberalitatis sue prohibet. Deus ita creavit hominem, ut humana vita sine alimento non possit subsistere. Cur ergo vetat sollicitudinem eorum, quibus indigemus? Inde hæc sollicitudo Deo displicet, quasi videatur habere ambitionem, ac contentionem cum divina liberalitate, ac si hæc non omnes communitates homini prospexerit, neque satis copiose omnia necessaria dedisset: Merito curam eorum, tanquam emulam liberalitatis sue prohibet; nulla enim potest diligentia nostra liberalitati assimilari divinæ, hæc enim abundantissimè omnium nostram superat curam, atque diligentiam evincit.

48. Pulchram dubitationem excitat Theodoretus quæst. 79. in Genesim. Ad quid Deus tam longam rerum tragediam præmisit, ut Jacob à patre benedictionem impetraret, facile hoc fieri poterat, afflante Deo Isaac, ut Jacobo benedictionem daret, sicut ipsimet Jacobo inspiravit, ut regalem Judæ conferret dignitatem, Genes. 49. num. 10. cum inter natos quartum locum haberet. Ad quid ergo tot rerum series hac in benedictione ordinatur? pater enim eam totis affectionibus Esau dare volebat; nam ideo eum vocat, & ait illi: Sume arma tua, & egredere foras, cumque

venatu aliquid apprehenderis, fac tibi inde pulmentum, ut benedicat tibi anima mea, Genes. 27. Genes. 27. num. 75. Deinde postea hac de causa tot facit inquisitiones: An Esau, vel Jacob esset, qui cibos afferebat. Et Esau, cum esset venatione peritissimus, diligentissime prædam quaerit, & inventa cibos parat. Jacob vero, quavis assuetus, ut habitaret in tabernaculis, pius invenit, & patri escam exhibet, atque benedictionem obtinet. Ad quid in hoc negotio tot rerum complexiones? Jaciebatur electi à Deo Israelitici populi ibi fundamenta; & voluit Deus ibi declarare, quod divinæ providentiæ liberalitas plus quam quæcunque humana sollicitudo prævalebat: nam ut Esau benedictione nobilitaretur: toto affectu parentis pugnabat cura, industria, ars, eximiaque diligentia ejus, at Jacob ferè his omnibus destitutus, specialissima Dei providentia protectus benedictionem est assecutus; divina enim providentia omnem nostram conatum, atque fervorem maxime superat, atque evincit. Theodor.

49. Cum Apostoli Domini in ejus versantur comitatu, omnia sua abiecerunt: & tamen, cum prædicationis causa per castella, & varia loca mittebantur, nullius rei penuria laborabant. Ideo Christus Dominus eis dixit: Quando misit vos sine saculo, & pera, & calcamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nichil, Luc. 22. num. 35. Et tamen, cum Dominus ab eis discessit, die, ac nocte, laboribus, ac operationibus instans. Ad Theffal. 2. cap. 3. num. 2. Theff. 3. ro 10. 8. Enimus inter vos labore, & fatigatione, nocte, & die operantes, Et Actor. 10. num. 34. Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Et tamen cum tanta industria, fatigatione, ac labore, ipse Apostolus de se fatetur 2. Corinth. 11. numero 27. In labore, & ærumna, & vigiliis multis, in fame, & siti, in frigore, & nuditate. Sed quomodo fieri potuit, ut Apostoli in Christi comitatu, omnibus dimissis, nullam indigentiam partiantur: at vero postea cum labore, ac operatione sua, siti tamen, & fame vexentur? O quantum humanam omnem diligentiam divina providentia superat! Ubi nitet divina providentia, quæ omnia intuetur, nullus apparet defectus, sed in promptu sunt necessaria omnia. At humana diligentia, cum omnia prævidere non valeat, multorum penuriam non effugit. Et ideo dum sunt discipuli in schola Christi, nullam sustinent indigentiam; cum vero suæ curæ committuntur, multis laborant. Euthymius ad cap. 22. Lucas, Euthym. Primum quidem ipse tenebat illos, non sinens, ut aliquo egerent propter eorum imbecillitatem. Postmodum vero dimisit illos, ut sibi ipsi essent auxiliis. Cum ergo prohibuit eos habere loculos, & peram, nullo iniquitatem, ut ejus potentiam, ac gratiam agnoscerent: quando vero permisit, ut illa haberent, tunc esurierunt, & sitierunt. Theo. Theophyl. phylactus. Morum curam habens, ait, faciebat eis omnia

omnia

omnia necessaria assuere abundè circa eorum curam, nunc autem opus est eis, ut curent ea, quæ viroborum sunt, & provideant sibi ipsis. Opera enim vestra non erant tam facilia, & à labore aliena: sed obnoxii eritis fami, siti, & multis adversis. Optime in confirmationem hujus rei ponderat Albertus Magnus in hoc cap. 6. infra ad illa verba: Hæc omnia gentes impugnant; Quod Prodigus ille Luc. 16. dum est sub cura parentis, omnibus abundat; at dum suæ providentiæ sollicitudini se committit, omnium penuria affligitur, atque necessitate laborat.

Alb. Magn.

QUESTIO IX.

Quare Dominus suis dictis tantas adhibeat rationes?

51. SEPTEM hic Dominus rationes apponit, ut temporalium sollicitudinem à nostris coramibus, atque mentibus amputet, atque evellat. Prima in hoc versu: Nonne anima plus est quam esca, & corpus plusquam vestimentum? Si enim Deus curam gerit animæ, & corporis, etiam illam habebit, de cibo, ac indumento, quod est minus. Secunda vers. 26. desumpta ab avibus, quas Deus sua providentia curat, & pascit. Tertia vers. 27. quod omnis nostra sollicitudo cassa, & irrita sit sine Deo. Quarta vers. 28. à liliis, & fenno, quæ Deus creat, vestit, & fovet. Quinta vers. 32. declarans, quod hæc sollicitudo in gentium, seu paganorum, non verò Christianorum, qui in fide hominis Christi ambulabant. Sexta vers. 33. Quod ad Dei providentiam pertinet dare omnia necessaria ad vitam, quærentibus regnum Dei, & justitiam ejus. Septima vers. 34. Quod non sumus solliciti in crastinum; nam sufficit diei malitia sua, seu labor suus, de quo infra.

Querimus in præsentia: Cur Dominus suis dictis tot adhibet rationes, cum ea, quæ ab ipso dicta sunt, majoris sint auctoritatis, quam quælibet humana ratio? Responder primò Albertus Magnus, quod Dominus ponit rationes, non propter se, sed propter nos, quia familiariter conjunguntur intellectui nostro, quæ humana ratione concipiuntur, quàm quæ simpliciter ponuntur, & mandantur. Et ideo tot parabolas dixit Dominus, in quibus humanas proposuit sollicitudines. Secundo. Quia hæc sollicitudo cibum, ac vestitum comparandi, maxime est injustis, quæ menti affixa, nihil aliud cogitat homo, nisi quomodo hæc valeat obtinere: & ideo Dominus tot rationes, argumentaque adhibet, ut hanc à nobis sollicitudinem amputet, atque eradicet.

Tertio Christus, cum sit omnium Dominus, qui sua suprema poterat imperare potestate, tot rationes in medium profert, ut cunctis fiat manifestum, quod ipse, non vi, ac potentia, sed ratione, & prudentia disponit omnia, atque gubernat. Effuso Spiritu sancto super Apostolos, hic variis loquuntur linguis. Et cum à Judæis, aliisque multis diversarum nationum viris audirentur, aliqui ex eis irridentes dicebant, Quia multo pleni sumus illi, Actor. 2. num. 13. Eorum fallam calumniam refutat Petrus, alta voce dicens: Non enim sicut vos astimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia. Quod argumentum multum efficax

erat: Judæi enim, Diebus festivis; ut erat illo solennissimo die Pentecostes, non licebat, ante horam sextam, scilicet meridianam, prandium sumere, neque comedere, ut observant Lyranus, Lorinus, adducens Josephum, & alios. Et Apostolus profundissimo discursu, multis corroborato testimonio Scripturæ, Psalmorum, ac Job, lis procedit, ut ignominiosam illam refutaret suspitionem, veritatemque demonstraret. Sed ad quid Apostolus tot, tantaque argumenta in medium producit? Cur sua non utitur potestate, & aliquo offenso prodigio, vel inflicto supplicio irrisores coercet? Majoris erat opprobrium, quod ebrii dicerentur Apostoli, quàm quod Elixæus calvus appellaretur; ille tamen, auctoritatem suam ostendens, pueros duobus uris enecat, 4. Reg. 2. num. 24. Cur ergo Petrus, ut temperantiam, & auctoritatem collegij Apostolici ostendat, ad rationes confugit? Cum ipse esset pastor, & Præsul Ecclesiæ, quæ tunc in exordio, suaque in infantia erat decrevit Petrus, totum negotium, non potestate, sed ratione peragere; nam homines potentia deterrebat, ad se autem ratione alliciens attrahebat. O Ecumenius, Ratio ne videri illis miraretur ad conversionem; & penitentiam. Viam ad conversionem, non prodigiis, non potentia signis, sed rationibus præparabat.

Ait Job. 31. n. 13. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceperent me, adversum me. Rex, & dominus erat Job, & tamen cum suis inferioribus in arenam descendere non recusabat, sed cum eis volebat iudicio, ac disceptatione contendere. Cur absolute non imperabat, ut alij Reges faciunt? sed omnia discussis perpensisque rationibus disponebat? Job, virtute, sanctitateque insignis, non potestate, ut dominus, sed ratione, ut æqualis, cuncta peragebat: & cum potentiam in ratione contingeret, certe cunctis Regibus potentior erat. D. Gregorius, lib. 21. moral. cap. 10. In quo tanta est auctoritas regimini, ut ad silentium restringantur duces? Tanta humilitas cordis, ut ex equo ad iudicium venire permittamur ancilla? Ecce apparet miro modo in potestate principibus potentior, in certamine servis æqualis. Ex eo quod in rationis certamine cum servis se præberet æqualem; cæteris principibus excellentior erat.

Gregor.

erat: Judæi enim, Diebus festivis; ut erat illo solennissimo die Pentecostes, non licebat, ante horam sextam, scilicet meridianam, prandium sumere, neque comedere, ut observant Lyranus, Lorinus, adducens Josephum, & alios. Et Apostolus profundissimo discursu, multis corroborato testimonio Scripturæ, Psalmorum, ac Job, lis procedit, ut ignominiosam illam refutaret suspitionem, veritatemque demonstraret. Sed ad quid Apostolus tot, tantaque argumenta in medium producit? Cur sua non utitur potestate, & aliquo offenso prodigio, vel inflicto supplicio irrisores coercet? Majoris erat opprobrium, quod ebrii dicerentur Apostoli, quàm quod Elixæus calvus appellaretur; ille tamen, auctoritatem suam ostendens, pueros duobus uris enecat, 4. Reg. 2. num. 24. Cur ergo Petrus, ut temperantiam, & auctoritatem collegij Apostolici ostendat, ad rationes confugit? Cum ipse esset pastor, & Præsul Ecclesiæ, quæ tunc in exordio, suaque in infantia erat decrevit Petrus, totum negotium, non potestate, sed ratione peragere; nam homines potentia deterrebat, ad se autem ratione alliciens attrahebat. O Ecumenius, Ratio ne videri illis miraretur ad conversionem; & penitentiam. Viam ad conversionem, non prodigiis, non potentia signis, sed rationibus præparabat.

Ait Job. 31. n. 13. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceperent me, adversum me. Rex, & dominus erat Job, & tamen cum suis inferioribus in arenam descendere non recusabat, sed cum eis volebat iudicio, ac disceptatione contendere. Cur absolute non imperabat, ut alij Reges faciunt? sed omnia discussis perpensisque rationibus disponebat? Job, virtute, sanctitateque insignis, non potestate, ut dominus, sed ratione, ut æqualis, cuncta peragebat: & cum potentiam in ratione contingeret, certe cunctis Regibus potentior erat. D. Gregorius, lib. 21. moral. cap. 10. In quo tanta est auctoritas regimini, ut ad silentium restringantur duces? Tanta humilitas cordis, ut ex equo ad iudicium venire permittamur ancilla? Ecce apparet miro modo in potestate principibus potentior, in certamine servis æqualis. Ex eo quod in rationis certamine cum servis se præberet æqualem; cæteris principibus excellentior erat.

Gregor.

Matth. 5. n. 26. Respiciite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?

Ibid. num. 27. Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?

VERSIONES.

Syracus. Advertite ad volucres cæli, quæ nec serunt, &c. Et pater vester, qui est in cælis, alit eas. Nonne